

fitare velles, parum id profecto fuit: sin vero affectus nostri propensitatem, nihil utique accessit quod non antiquo amicitia nostræ jure vobis deberi existimem. Libellos quibus Bibliothecam meam exornare voluisti, hilari, ut par erat, fronte, accepi; munus sane mihi pergratum, sive ad personam donantis oculos convertam, sive ad ipsum argumentum, hoc est triumphi tui materiem. Quid referam? nihil prorsus ad manum est quo redhostire valeam, etiamsi maxime velim: nisi forte putetur is qui gratiam habet, retulisse. Insuper non minus beneficium arbitror, quod cum omnibus meis studiis juvandis, tum & dubiis gravioribus solvendis operam tuam polliceri non dedigneris. Magni certe, prout decet, facio tuum judicium: quod ubi non satis percipio, anceps hæreo, & quasi suspensio pede cogor incedere. Illud autem in re non levi (ut quæ officium ac conditionem virginei ordinis maxime tangit) jam dudum avide desidero, nec quicquam mihi antiquius aut gloriosius fore censeo, quam ut sententia & quasi rescripto

pto